

non erat typus Christi, ut falso dixit Ambrosiaster,
sed Adamus.

TERTIA OBSERVATIO DOCTRINALIS.

Adverte quoniam in precedentibus versibus Apo-stolus comparet, opponat gratiam Christi cum Ade-peccato, hancque illi preponat; ob id, ait D. Chrys., voci huic, *unus, unus, sursum ac deorsum insisti.*

Ex uno facto, apud Iudeam nota et recepto, aliud factum probat, quod Iudei recipere recusant. Ni-mirum, ex omnium hominum condemnatione, ob unius Ade peccatum, probat omnium hominum, ex unius Christi Domini meritis justificationem, ut ipso Deo convenienter et credito nobis faciliorem. Igmar si factum fuit illud, mullo magis et hoc; id est, si *unius delicto mortui sunt omnes, multo magis et con-venienter, ut unus homini gratia vivant omnes.*

Est ergo haec similitudo inter Adamum et Christum, quod sicut Adam omnes perdidit, Christus omnes reparavit. Est autem dissimilitudo multiplex: prima, quod Adam unicum peccatum non transmisit; Christus ab omnibus prorsis peccatis, non origi-nali tantum, sed et actualibus liberat; et in hoc gratia Christi precepsit Ade peccatum. Altera dissimilitudo et excellencia gratiae Christi, quod Adamus peccato-su nos originalis justitiae gratia privavit; at Christus abundantiam gratiarum, justitiae et omnium donorum dedit; dat ergo gratiam uberiorē, abundanter, virtutes, que non fuissent in statu innocentie, pa-tientiam, penitentiam, martyrum, virginitatem, apostolitatem, virtutes religiosas, etc. Dat gratiam po-tentiorem; per gratiam in Adamo perditam, poterat homo perseverare; per gratiam Christi datur actu perseverare, et quidem in tanto infirmitate, inter tot hostes, constitutus. Dat gratiam intensiorē, in gradu intensiori et cum augmentatione continuo. De B. Virgine et de SS. Apostolis, et aliis insignioribus sanctis du-bitari non potest. Dat gratiam extensiorē, ad plures se extendentem ad quos non se extendit Ade pecca-tum; ad Diem Virginem, que est gratiarum pe-lagus, et quis plus habuit gratiam, quam omnes alii homines; ad angelos, quos multi credunt per Christi merita, justificatos. Dat gratiam sufficienter, cum Christi gratia sufficiat non tantum ad salvandum Ade posteros, sed et infinitos homines et mundos produc-biles.

QUARTA OBSERVATIO DOCTRINALIS.

Ex hoc Christi gratia excellentiam collige quantum

VERS. 20. — *Lex autem subintravit, ut abundaret delictum;* q. d.: Obiter, et quasi furit ad tempus breve, scilicet usque ad adventum Evangelii intravit lex in mundum, ut esset Iudeorum quasi pedagogus ad Christum. *Sabiravit,* directe quidem ad hoc ut dis-solutos hominum mores restringeret, illosque duceret ad Christum, qui eos sanaret; sed indirecte ad id quod sequitur, scilicet, *ut abundaret delictum,* q. d.: Unde factum est abundare delictum. Vocabula enim ut, consequentia significat, non causam;

Nihilam (enim) in vetum semper, cuperimusque negata.

Lex, inquit Augustinus, idea data est, ut crescente peccato, humiliare superbi, humiliati confiteren-tur, confessi sanarentur.

Tibi autem abundari delictum, superabundavit gratia.

Christo debeamus, et quae nos in hoc nostro lapsus statu solari possint, etiam per comparationem ad statum innocentie dependit. Adamus equidem fuit in gratia creatus; nos vero lapsi, per Christum accepti-mus abundantiam gratiae et donationis, ei justitiae, ut ait Apost. v. 17. In Adamo, fatetur, non fuit con-cipiente rebello, quae remaneat in nobis etiam rena-tis; at haec ipsa per Christum fit in nobis materia pugnae, et vice et triumphi. Ligno vita quidem in ho-ru statu nostro privarum; at Christus dat nobis panem vita, sacratissimum Eucharistam, panem qui de celo descendit, et qui dat vitam eternam. Tempora-liter moritur ob Adae peccatum; at per Christum re-surgemus ad vitam immortalem et gloriosam, tum anima, tum corporis.

Gratias itaque immortales et eternas Christo Jesu, Redemptori nostro, qui nobis peccatis redemptionem dedit abundantem, et superabundantem. Vide D. Chrys., hom. 10, hanc gratiarum Christi abundan-tiam mire describentem: Christus, inquit, non so-lum vulneri medicamen dedit; sed et sanitatem et polemochridinem, et honorem et gloriam, et dignita-tum longe naturam nostram superantem, etc. Multo plura dedit quam que debebamus, et tanto plura quanto more immensum ad pusillam guttam col-latum.

VERS. 20. — LEX AUTEM SUBINTRAVIT... Ne lo di-cutum v. 15: *Ungue ad legem peccatum erat in mundo,* putaret quis per legem abolitioni fuisse peccatum, op-portunè dieci hic Apostolus quod tantum abesi ut per legem Moysis sublatum fuerit peccatum, quin potius magis invaliderit. Itaque *tex Mosaica subintravit,* id est, quasi de transverso intervenit inter exordium peccati et exordium gratiae, seu novae justitiae; *ut ABUNDARET DELICTUM;* ut, significat effectum, non causam. Lex quidem intravit, et data est quasi pedagogus, ut ho-minibus patefaceret dama peccati, eosque duceret ad Christum, qui sanaret illos; sed per eam factum est, per accidens tamen, ut magis quam ante abunda-re delictum: *ubi autem abundaret delictum,* id est, postquam autem, occasione legis, invaliduit peccatum et mundus ad summum malorum venit, tunc missus est Christus, cuius adventu *superabundavit gratia.*

VERS. 21. — UT SICUT REGNAVIT PECCATUM IN MOR-TEM, Syr.: *per mortem,* ita regnet gratia per justi-tiam, etc. *Superabundavit, inquam, gratia, ut sicut*

Sensus: Ubi peccata occasio legis inundarunt, et homines convicti sunt surarum transgressionum, illi redundavit gratia, id est, benignitas et misericordia Dei peccata remittens, et dona gratificantes tribuens. Nam quanto major iniquitas peccantis, tanto major gratia remittens; et quanto maiorem peccatorum quis fuisse se agnoscat, tanto majorem gratiam sibi confitetur imponsam.

VERS. 21. — Ut sicut regnavit peccatum in mortem, etc. Sensus est: Ut, sicut regnavit, id est, longe latèque dominum suum exercuit peccatum in morte, sive per mortem, videlicet per trahens homines ad mortem, ita etiam gratia et misericordia Dei late dominat, ad-dicens justitiam, et per eam perdentes homines ad vitam eternam, idque per meritorum Redemptoris ac-Domini nostri Jesu Christi.

usque ad id tempus, per universum orbem regnauit peccatum, peccatores in mortem pertrahens, tum temporalem, tum aeternam, ita gratia Christi, destruc-tio peccati regno, regnet per justitiam, qua in vitam

Corollarium pietatis, seu in hoc capite maxime notanda ad pietatem, et in praxim accuratius redigenda.

Adnotandi quidem sunt omnes hic, v. 1, 2, 3, 4, 11, enumerati nostre justitiae effectus, et ob eos continua Deo Patri nostro, et Domino nostro Jesu Christo, nostro reconciliatori, gratia agenda; illo vide in suis locis. At priserum imprimitur in cor-dilus nostris duo spei nostre fundamenta, v. 5, 6. Pudet nos, hominibus Dei gloria sperare, nisi firmassimum haberemus hujus spei fundamen-tum: quodnam igitur est illud? Constat evidenter quod Deus possit nobis suam dare gloriam; restaret tantummodo dubitandum an velit: at amor Dei in nos id asseretur. Unde verò hunc Dei in nos amorem novimus? Ex duobus: *Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis,* v. 5, et *qua Christus pro nobis adhuc peccato-ribus mortuus est,* v. 6, 7, 8, 9, 10. En domino divinitate in nos amoris argumenta infallibilia. Deus ita me dilexit, ut Filium suum unigenitum, pro me misero peccatore, tradiderit in mortem. Deus ita me dilexit, ut in mea per baptismum justificatione, Spiritum sanctum suum mihi dederit, eterna salutis pugna. Vide Commen-tar. v. 5 et 10.

Quis post talia divini amoris testimonia non speret? Sperent in te qui noverunt nomen tuum, Psal. 9, v. 11.

CAPUT VI.

1. Quid ergo dicimus? permanebimus in peccato, ut gratia abundet?

2. Absit! Qui enim mortui sumus peccato, quo-modò adhuc vivemus in illo?

3. An ignoratis quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus?

4. Consepolti enim sumus cum illo per baptismum in mortem; ut quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vita ambu-lemus.

5. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus simus et resurrectionis crux.

6. Hoc scientes, quia veteri homo noster simus crucifixus est, ut destruerat corpus peccati, et ultra non serviamus peccato.

7. Qui enim mortuus est, justificatus est à peccato.

8. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiam vivemus cum Christo:

9. Scicte quod Christus resurgens ex mortui-jam non moritur; mors illi ultra non dominabitur.

10. Quod enim mortuus est peccato; mortuus est semel; quod autem vivit, vivit Deo.

11. Ita et vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo, in Christo Iesu Dominu-nostro.

Tu es, Domine, spes mea, Psal. 90, v. 9. Mihi adherere Deo bonum est, et ponere in Domino Deo meo spes meam, Psalm. 72, v. 8.

ALIUD ADNOTANDUM.

Duplex et in Christo spic nostre fundamentum scilicet illus et mors et vita, v. 9 et 10. Pro delictis nostris mortua est; propter nostram justificationem resurrexit. Pro me moriens in cruce cum lacrymis et sanguinis effusione deprecatus est. Nunc in colis vi-vens appetit *vultu Dei,* et adhuc stigmatizatus orat pro me. Spero itaque in mortem quam pro me tuti; spero et in vitam misericeordem quod pro me gloriosus vivit. Si pro me peccatore tanta passus est mortalis, quid pro me penitente non faciet gloriosus et omni-potens?

Tineat quidem Christianus ob peccata sua; at multo magis speret ob Christi morientis et viventis merita. De judicio cogitans Christianus cogitet et de Christo iudice: pro me mortuus est Christus, pro me et a mortuis suscitatus; spero itaque et in eternum sperabo, et in mortem et in vita Christi. *Editemi me occidere, in eum sperabo.* Spes itaque nostra, gloriose nostra, tota sit in Christo, et per Christum in Deo, v. 10.

CHAPITRE VI.

1. Que dirons-nous donc! Demeurerons-nous dans le péché pour donner lieu à cette surabondance de grâce?

2. A Dieu ne plaise! car étant une fois morts au péché, comment vivrons-nous encore dans le péché?

3. Ne savez-vous pas que nous tous qui avons été baptisés en Jésus-Christ nous avons été baptisés en sa mort?

4. Car nous avons été ensevelis avec lui par le baptême pour mourir au péché; afin que, comme Jésus-Christ est ressuscité d'entre les morts par la gloire de son Père, nous marchions aussi dans une vie nou-velle.

5. Car si nous avons été enterrés en lui par la ressem-blance de sa mort, nous y serons aussi enterrés par la ressemblance de sa résurrection.

6. Sachant que notre vieil homme a été crucifié avec lui, ainsi que le corps du péché soit détruit, et que désormais nous ne soyons plus asservis au péché.

7. Car celui qui est mort est délivré du péché.

8. Si donc nous sommes morts avec Jésus-Christ, nous croyons que nous vivrons aussi avec Jésus-Christ;

9. Sachant que Jésus-Christ, étant ressuscité d'en-tre les morts ne mourra plus, et que la mort n'aura plus d'empire sur lui.

10. Car quant à ce qu'il est mort, il est mort seule-ment une fois pour le péché; mais quant à ce qu'il vit maintenant, il vit pour Dieu.

11. Considérez-vous de même comme étant aussi morts au péché, et comme ne vivant plus que pour Dieu, en Jésus-Christ notre Seigneur.

12. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentia ejus;

13. Sed neque exhibeat membra vestra arma iniuriantis peccato; sed exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis viventes, et membra vestra arma justitiae Deo.

14. Peccatum enim vobis non dominabitur; non enim sub lege estis, sed sub gratia.

15. Quid ergo? peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit!

16. Nescitis quoniam cui exhibitis vos servos ad obediendum, servi estis eis cui obeditis, sive peccati ad mortem sive obediendum ad justitiam?

17. Gratias autem Deo, quod fuitis servi peccati, obediatis autem ex corde in eam formam doctrine, in quam tradisti eis.

18. Liberati autem à peccato, servi facti estis justitiae.

19. Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestrae; sicut enim exhibuitis membra vestra servire inimicitiae et iniuriantis ad iniuriantem, ita nunc exhibete membra vestra servire justitiae in sanctificationem.

20. Cum enim servi essetis peccati, liberi fuitis justitiae.

21. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis? in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est.

22. Nunc vero liberati à peccato, servi autem facti Deo habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam aeternam.

23. Stipendium enim peccati, mors: gratia autem Dei, vita aeterna, in Christo Iesu Domino nostro.

ANALYSIS.

Objicit et solvit difficultatem contra dicta in superiori capite, v. 20, multisque probat Christiano, non modo non peccandum, sed in justitia per Christum accepta perseverandum et crescendum.

Christianus non peccandum est; immo Christianus ad omnem peccati suggestionem debet insensibilis esse: quare? quia peccato mortuus est in baptismio, qui est mortis Christi typus et participatio, v. 2, 3.

Christianus debet in justitia persevere, et continuo proficere: quare? quia in baptismio, qui est typus et participatio resurrectionis Christi, resurrexit, ut in novitate spiritualis vita ambulet et proficiat, v. 4. Hoc ipsum confirmat pulchra similitudine inoculationis, v. 5, et ex consideratione finis baptismi, v. 6, 7, 8.

¶ 9, 10, 11. Alteram indicat rationem, ob quam Christianus peccare non debet; sed Deo vivere; quia

PARAPHRASIS.

1. An quia dixi, uti abundavit delictum, superabundavit gratia, inferet aliquis in peccato permanentem; immo accumulanda esse peccata, ut gratia magis abundet?

2. Absit à plus mentibus nasci impia cogitatio! peccate enim mortui cum simus, quomodo rursus vivimus in illo? haec duo, peccare et Christianum

esse, non minus inter se pugnant quam mors et vita.

3. An non recordamini quia quicunque in nomine et virtute Iesu Christi baptizati sumus, in similitudinem et representationem mortis illius baptizati sumus?

4. Et enim ad representandam, etiam oculis, Do-

12. Et ainsi que le péché n'éprouve point dans votre corps mortel, en sorte que vous obéissez à ses désirs déréglés;

13. Et n'abandonnez point au péché les membres de votre corps pour servir d'armes d'iniquité; mais donnez-vous à Dieu, comme vivants, de morts que vous étiez; et consacrez-lui les membres de votre corps pour servir d'armes de justice.

14. Car le péché ne vous dominera plus, parce que vous n'êtes plus sous la loi, mais sous la grâce.

15. Qui donc? pécherons-nous, parce que nous ne sommes plus sous la loi, mais sous la grâce? Dieu nous en garde !

16. Car ne savez-vous pas que, de qui ce soit que vous vous soyez rendus esclaves pour lui obéir, vous demeurez esclaves de celui à qui vous obéissez, soit du péché pour y trouver la mort, soit de l'obéissance pour y trouver la justice?

17. Mais Dieu soit loué de ce qu'il ait été auparavant esclaves du péché, vous avez obéi du fond du cœur à la doctrine de l'Évangile, sur le modèle de laquelle vous avez été formés.

18. Et ainsi ayant été affranchis du péché, vous êtes devenus esclaves de la justice.

19. Je parle humainement, à cause de la faiblesse de votre chair. Comme donc vous avez fait servir les membres de votre corps à l'impureté et à l'injustice, pour commettre l'iniquité, faites-les servir maintenant à la justice pour votre sanctification.

20. Car lorsque vous étiez esclaves du péché, vous étiez libres de la servitude de la justice.

21. Quel fruit donc tirez-vous alors de ces désordres dont vous rougissez maintenant? Car ils n'ont pour fin que la mort.

22. Mais à présent, étant affranchis du péché, et devenus esclaves de Dieu, le fruit que vous retirez est votre sanctification, et la fin sera la vie éternelle.

23. Car la mort est la solde du péché; mais la vie éternelle est une grâce de Dieu en Jésus-Christ notre Seigneur.

COMMENTARIA. CAP. VI.

mini mortem; per baptismum, ter in aquis immersi, quasi sepulti fuimus; sicut Christus triduo fuit in terra sepultus: ut quemadmodum Christus per Dei virtutem à mortuis excitatus est, vitam acturus immortalis, ita et nos, per baptismum, hujus etiam Christi resurrectionis representatores et particeps, surgamus ex aqua, novam exinde vitam acturi, et in hac novâ et celesti vita perseveraturi, et in eam continuo progressuri.

5. Si enim, quasi surculi, per baptismum Christo insiti, ad eum instar, mortui sumus, sane et cædem ratione, Christo insiti, ad eum instar resurgentem, novâ vita, gloriosam ejus resurrectionem imitabimur.

6. Maxime si considereremus quid in baptismō et per baptismū, qui est representatio mortis Christi, noster vetus homo una cum Christo crucifixus est; ut aboleatur tota peccatorum concupiscentia; ita ut peccatorum tyrannidē non subdatur amplius.

7. Sicut enim servus mortuus non servit amplius, sic et nos, per baptismum, peccato mortui, ab eis tyrannidē liberi sumus.

8. Si autem peccato verò mortui sumus, sicut Christus pro peccato verò mortuus est, confidimus et quid cum illo vitam agemus in aeternum gloriosam.

9. Scimus enim quid Christus à mortuis suscitatus, vivit immortalis, gloriosus, beatus, ab omni mortalitate et mortalitatis errorum liber.

10. Quantum enim attinet ad id quid mortuus est, pro peccato tollendo mortuus est; quid autem num vivit, totus Deo vivit, totus in honorem Dei.

11. Ad illius igitur exemplum, reputate vos per baptismum, peccato mortuos; in id autem in vita servatos, ut quidquid vita vobis restat, id totum Deo impendatis, sicut Christus Dominus vivit totus Deo.

12. Ne permetatis itaque peccatum in baptismō profligatum suam rursus tyrannidē in vobis exercere; sed mortalitatis vestre, omniumque rerum mundanarum vanitatis, memores, reprimite concupiscentias ad peccatum inclinantes.

13. Neque committatis, ut membra vestra per baptismum Deo consecrata, posthac militent huic tyranno iniuriantem imperatori; quin potius vos totos Deo, Regi, duci et beneficiatori vestro, cuius beneficio estis ex mortuis redivivi; vos, inquam, totos et singula membrorum vestra exhibete Deo, quibus ei militetis, ad excellenda justitia opera, quia jubet.

14. Neque verò periculum est, ne vos, sic sub Deo pugnantes, peccatum retrahat sub suum dominium,

COMMENTARIA.

Vers. 4. — QUID ERGO DICEMUS? PERMANELEMUS IN PECCATO... An quia, cap. 5, v. 20, dixi, ubi abundavit delictum superabundavit gratia, an hoc intelligi, sicut calumniantur aliqui: scilicet in peccato permane-

Vers. 4. — Quid ergo dicemus? etc. Quoniam dixi gratiam abundare ubi abundavit peccatum, ne quis propterea putaret immorandum esse peccatis, et peccatis cumulandum, quod scilicet amplius abun-

dum, immo accumulanda peccata, ut gratia magis abundet? Hanc eamdem calumniam tetigit cap. 5, v. 8, et huic fusè respondet in toto hoc capite.

Vers. 2. — ABSIT! Respondet calumniae ex doctrina

daret atque commendaretur Dei gratia. Absit! Quare ut gratia commendetur, à peccatis recedendum est,

non in illis manendum.

Vers. 2. — Qui omni mortui sunus peccato, etc. Ac

(Cinq.)

suā falso deduce; respondet autem voce sili consue-tā, quando res est manifestē absurdā; *absit!* ne fiat; vox est validē aversantis.

QUI ENI MORTUUS SUMUS PECCATO, in dative; **QUONODO ABNUC VIVEMUS IN ILLO?** Nota quōd, iuxta Apostolum, vivere legi, peccato, justitiae, Deo, idem sit ac obedi-are; mori autem, sem mortuum esse, idem ac ab il-leorum servitio liberum esse; sensus itaque est: Cum à peccati servitio simus liberi, quonodo rursus obe-diemus ei; hoc quasi incompatibile: peccare enim et Christianum esse, sunt duo inter se pugnantia, si-cum mors et vita.

Prima itaque ratio cur Christiano non sit peccan-dam, peccato mortuus est. Hinc nullum cum eo de-bet habere commercium, sicut nullum est viven-tium cum mortuis, nec mortuorum cum viventi-bus.

VERS. 3. — AN IGNORATIS, QUA QUICQUEM... Gr., in Christum Jesum. Probat Christianum peccato mortuum esse, quia baptismus est typus mortis Christi.

AN NESCITIS QUA QUICQUEM IN NOMINE ET VIRTUTE JESU CHRISTI BAPTIZATI SUNT? Tripliciter in Christo Jesu baptizati sumus, ait D. Thomas: 1^a secundūm institutionem Christi; 2^a per invocationem Iesu Christi; 3^a in quidam conformitate ad Jesus Christum.

In mortem ipsius; Gr., in mortem ipsius; id est in similitudinem et representationem mortis ipsius.

VERS. 4. — CONSEPUIT ENIM SUMUS.... Probat ba-pismi formam representare mortem et sepulturam Christi. Per baptismum enim assimilatus sumus Christo-sepulco, quia, sicut triduo Christus fuit in terra sepulta, sic ter immergimur in aqua.

In mortem, id est, ad representandam etiam oculis, Domini mortem; non sepelitus enim nisi mortuus.

UT QUONODO CHRISTUS PER GLORIAM, ID EST, PER PO-TENTIAM DEI GLORIOSAM, SURREXIT, Gr., *excitatus est à mortuis,* utim scilicet immortale acturus.

ITA ET NOS IN NOVITATE..., id est, ita nos in baptismo resurgentem, novam exinde vitam agamus, et qui-dem filii Dei dignam, constanter in justitia perseve-rando et semper per opera bona proficiendo.

Tunc baptismus plerique per trinam corporis im-mersionem conficeretur: hec autem triana corporis

si dicat: Nam qui peccato benē mortui sumus, ei pro-fectio non amplius vivere debemus. **Mortuus peccato** vocat eos qui respectu peccati mortui sunt, id est, qui à peccati servitio liberi, quibusque cum peccato non plus est negotii aut commercii, quā mortuus esse solet cum viventibus. Aut certe, **mortuus peccato** dicimus, dum neque nos in peccato vivimus, ei ser-viendo, neque peccatum vivit in nobis, regnando.

VERS. 5. — Au ignoratis quia, etc. Id est, baptizati in virtute, nomine, spiritu non Joannis, sed Christi. Ita Orig. et Ansel. In Christo, id est, per Christum, q. d.: Paulus: **Per baptismum estis inserti in Christum,** quasi rami in novum arborum, et facti estis de ejus cor-pore, mystico scilicet, quod est Ecclesia. **In morte,** id est, in similitudinem et representationem mortis Christi baptizati sumus. Nam more et passio Christi non solū causa fuit nostre justificationis, verum etiam ejusdem typis ac figuris quedam representatio. Si-

immercio, que fiebat in baptismō, ex D. Paulo re-presentabat mortem et sepulturam Christi; corpus vero ex aqua, post immersionem, resurgens, resurrectionis Christi gerebat imaginem. Ipsa itaque ba-pismi forma mortis sepulitura et resurrectionis Christi est significatio; et quia sacramenta nostra efficiunt id quod significant, ut at D. Thomas, baptismus in nobis product effectus mortis, sepulture et resurrectionis Christi; haec nobis si applicat mysteria, ut illorum famas participes. Per applicationem mortis et sepul-tura Christi, omnia nobis peccata remittuntur, et peccato morimur. Per applicationem resurrectionis Christi, gratia nobis communicatur, et vita novā spiri-tuali et divina vivimus.

Notandum autem 1^a quod dicit Apostolus: **Consepuit sanctus in mortem,** id est, ut moriamur. Christus post mortem sepultus est; Christians sepelitur, ut moriatur. Quod Christi crux, hoc nobis baptismus, sit D. Chrys., sicut in cruce Christus fuit exaltatus, ut secundum carnem moreretur, sic baptizatus ut peccato moriamur. Notandum 2^a quod hoc expressio, *in mortem*, significat hanc mortem nostram debere esse continua-tem, et tota vite nostra tempore crescere. Mor-tui sumus et sepulti, ut semper moriamur peccato.

Notandum denique quod dicit idem Apostolus: **Ut in morte vita ambulemus;** hoc enim indicat quod sicut mors nostra à peccato, semper debet crescere, ita vita gratia semper debet proficer. Non suffici Christiano, quod sit in gratia Christi; debet in eā ambu-lare, proficer, ad ampliorē tendere perfectionem. Post Originem existimo quod apostolus tempore catecheticum explicari solebant ante baptismum hoc baptismatis virtus et significatio; idēq; tanquam de-re nota Romanos interrogat Apostolus: *An ignoratis?*

Unitam et nostris Christians hec nota forent, et in illorum mentibus semper presens! tros effectus hec eis praedicarent, quos in nobis habere debet baptismus, nimirum similitudinem mortis, sepulture et resurrectionis Christi. Sicut Christus mortuus est hunc mundo morte sua corporali, ita nos Christians morte spirituali, debemus mori mundo, ejusque domino et regi peccato, et continere mori. Sicut Christus sepultus à mundo separatus fuit; ita nos baptizati, nullum cum mundo et peccato debemus habere commercium. Si-

gnificabat enim mortem et interitum veteris hominis in nobis, quonodo Christus in seipso mortuus fuit vita mortali. Probat hic Apostolus nos mortuos esse peccato, nec illi vivere debere, ex eo quod per baptismum inserti sumus Christo, ut vivamus vita Christi et cari-sianā; hec enim ex diametro peccato repugnat.

VERS. 4. — Conseputi enim sumus cum illo per ba-pismum in mortem; q. d.: Nos tanquam mortui peccato, sepulti sumus in baptismō; sicut Christians mortuus corporaliter traditus est sepulture; nemo enim sepelitur, nisi mortuus.

Ut quonodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vita ambulemus. **Per glori-am Patris,** id est, inquit Cajetanus, per vitam glori-ram et immortalem; quoniam Christians resurgens accepit à Patre, q. d.: Christus resurrexit ad hoc, ut gloriosam et divinitatem convenientem vitam ageret, qualis dectum Filium Dei. Ut ipsa nova et gloria vita

cut Christus resurgens vitam egit immortalem, ita nos baptizati, vitam novam, incorruptam et Deo dignam debemus agere.

VERS. 5. — Si enim complantati facti sumus.... Gr., cōspicere, insiti. Syr.: *Si enim unā cum eo plantati sumus per similitudinem mortis ejus, ita quoque in resurrec-tione ejus erimus.* Hic mirā similitudine aliud Apostolus ad insitores et inoculationes phantmarum: sicut enim surculi, seu ramuscui, ab arbore cui inseruntur, succum trahunt et in ea vivunt, sic nos per baptismum Christi insiti, in eo et ab eo vivimus. Per baptismum de peccato, vel de Adano, quasi de malā terrā eleva-limur, in Christo, quasi in terra bonā, seu cum Christi-sto, in terra gracie plantamur. Sensus igitur est: Si quasi surculi insiti sumus Christo, in similitudinem mortis ejus; nempe cujus similitudinem gessimus in baptismō; sicut enim mortuus est corporaliter, ita nos spiritualiter morimur: profecto erimus etiam insiti Christo, in similitudinem resurrectionis ejus, ut sicut ipse resurrexi nova et gloriose vita, ita nos resurgamus nunc vita gratie, aliquando vita glori-e. Sicut surculus arbori insitus, cum ipsa in hieme quasi moritur, verè resforescit, quasi resurgens, sic Christians per baptismum Christo insitus, cum ipso moritur, cum ipso resurgit; sursū pullans, et qua-sus sumus sunt.

Hic similitudine confirmat quod peccato debemus esse mortui et gratia vita vivere, participes effecti resurrectionis Iesu Christi.

VERS. 6. — Hoc scientes, quia vetus homo. Confir-mat hoc idem quod precedit: Debemus peccato mor-tui esse et spiritualiter gratia vita vivere, hocque con-firmat ex fine baptismi: *Hoc scientes, seu considerantes, quid vetus noster homo,* id est, nostra corrupta natura, **SMUL CRUCIFIXUS EST.** Gr.: *Concrucifixus,* id est, unā cum Christo crucifixus est, scilicet per baptismum ad quam a Patre resuscitatus est Christus, ipsò orante: *Pater, glorifica Filium tuum,* Joan. 17, vociter gloria Patri. Unde congruat est ut nos per baptismum resur-gentes novam vitam, dignam filii Dei agamus, idque continuo et constanter in eā pergerendo et proficerio; hoc enim significat verbum, *ambulemus.* Significatur idem quod conversari, vivere, actiones exercere alias post alias, ita debemus in lege Domini, et in novitate vita ambulare, ut proficiamus de die in die.

VERS. 5. — Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simul et (supple: Complantati similitudini) resurrectionis ejus. Paro modo tacite subdit Apostolus, quod aliquando complantati et insitores Christo, similitudine, id est, ad similitudinem resurrectionis ejus, ut nimirum ex Christo, quasi arbore resur-gente, similem nos ipsi resurrectione simus et particeps. Quod si autem resurrectionis Christi particeps esse debemus, igitur in novitate vita quam Christi resurrexit significat, ambulandum nobis est. Sensus est, q. d. Paulus: *Sicut mortis et passionis Christi in hac vita consorts facti sumus, ita pariter et resurrectionis Christi in futura vita consorts huius.*

VERS. 6. — Hoc scientes quia vetus homo noster simul crucifixus est; tanquam dicit: Eadem cruci simul affixus, videbatur cum Christo. Cum et hoc sciamus, veterem hominem nostrum sicut cum Christo (sollicit in tipo seu representatione) cruci affixum et mortificatum esse. Veterem hominem vocaliterum et corruptionem peccati in homine, quam ex veteri Adam

et in baptismo, qui est mortis Christi representatio. De bāc enim crucifixione hic agitur, ut ex v. 4 patet.

UT DESTRUTOR, id est, abolecatur, **corpus peccati,** id est, tota peccatorum congeries et universitas, cu-jus membra sunt superbia, avaritia, libido, etc. Hoc autem peccati corpus destrutor, cum ejus membra mortificamus: per baptismum ergo Christo sumus concreufici, ut destruktur corpus peccati, id est, ut moriamur peccato, sicut Christus mortuus est pro peccato. **ET ULTRA NON SERVIAMUS PECCATO,** ita ut amplius non serviamus illius imperio.

Fingitur peccatum ut tyrannus, peccatoribus impe-rans ut subjectis. Servimus autem peccato, cum obe-dimus concupiscentias nostris.

VERS. 7. — Qui enim mortuus est, justificatus est a peccato; Gr.: *Nam moriens justificatus, etc.* Syr.: *Liberatus est à peccato.* Sicut servus per mortem fit liber à servitio, sic per baptismum, quasi mortem, liberi factus sumus à peccati tyrannie et servitu, et consequentes nobis amplius non peccandum. Per ba-pismum mortuus sumus cum Christo, conseptuli, con-crucifixi, ut explicatum est supra. Ergo si mortuis sunt sicut actione et affectione circa res hujus secuti, cu-m mortui sunt, sic Christians mens, cor et sensus dé-bent esse sine ullo affectu et commercio erga pecca-tum, cui mortui sumus.

